FLORA.

№ 33.

Regensburg. 7. September. **1861.**

Inhalt. KRITIK. Nylander, Circa historiam Lichenographiae observatiuncula. — LITTERATUR. W. Ph. Schimper, Synopsis muscorum Europae (Schluss). — P. G. Lorentz, Berichtigungen und Ergänzungen zu den Beiträgen für Geographie der Laubmoose etc. — GETROCKNETE PFLANZENSAMMLUNGEN. — REISENDE BOTANIKER.

Circa historiam Lichenographiae observatiuncula. Scripsit W. Nylander.

In Nr. 17 Florae hujus anni legitur sub titulo „Verhandlungen der botanischen Section der schlesischen Gesellschaft für vaterländische Cultur," p. 269, orationem factam fuisse in ea Societate doctissima a cl. Körber „über die neuere Geschichte der Lichenologie". Parum sane veritati conveniens datur ibi historia Lichenologiae. Mirum revera est, oratori ignotum esse ex. gr. celeberrimos Fée et Montagne magis microscopii usu versatos esse quam seipsum et quidem ad Lichenographiae microscopiae periodum pertinere, aeque ac jam Eschweiler; maxime igitur erronee dicit „Schärer, Laurer, Fée Garovaglio, Montagne beschränken ihre Untersuchung noch auf die Lupe", confundens auctores qui indole studiorum omnino invicem differunt. Evidenter scripta celeberrimorum Fée et Montagne ne quidem conspexit, alioquin confusionem talem non enuntiaverat. Et quomodo recte distinguit methodum ab Achario institutam a Friesiana! Inter ambas differentia certe parum clara, sin ea ut Friesiana ditioni soli europaeae applicetur et ut elemento imaginationis plus justo propolleat. Viros meritissimos omittit D. Körber, ut Ramond, Dufour, Smith, Borrer, Turner, Taylor, Hooker, Babington etc. In Scandinavia auctores plurimos detexit, at eorum opera numerosa („zahlreiche Arbeiten") sint aegre enumeranda. D. Thedenius vix se lichenographum crederat antequam D. Körber id declaverat. Neque in Gallia, neque in Anglia lichenologos hodiernos cog-

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05976-0515-0

nitos habet cl. Körber, neque mentionem facit maxime memorandi Tuckerman. Curiosissime dicit D. Körber de cel. Montagne „dessen Material jetzt Nylander zu verarbeiten sucht“! Atque quidem vix unicum lichenem herbarii Montagneani vidi! Venia singulari utitur D. Körber nomine scientiae dicendi quidquid ei lubeat, at credo veritatis curam attentiorem haud nocuisse; rerum historicarum expositio non aeque leviter suscipienda est ac fabricatio specierum (vel nominum), nam illa facilius in fabulas ridiculas abit. Inter Lichenographos Hollandiae citantur a D. Körber Belgii Coemans et Kick.

Errores praecipuos ita castigare debui orationis, de qua agitur. Qualia non hodie saepe pro scientia seria eduntur, quae tamen nonnisi proles sunt ignorantiae vel inexperientiae et ob eam quidem caussam vultum plerumque parum modestum exhibent! Nuper adhuc cl. H. Karsten fecundationis in Lichenibus valde singulares fecit observationes, imaginatione auctoris longe magis certe quam veritate excellentes. De his observationibus proxima vice rationem reddam. Quoniam adhuc tristior res, quam ut talia scribantur, sit ut talia credantur, saltem inanitatem elucubrationum ejusmodi indigitare utile habeo iis qui attendunt, qui examinant et qui non potissime errores amplectuntur.

Litteratur.

Anzeige der Synopsis muscorum Europae, auct. W. Ph. Schimper.

(Schluss.)

c. Von der Moosflora des südlichen Gebietes kommen um Genua nach de Notaris 12 Arten auf Bäumen, wovon *Habrodon*, *Fabronia* bemerkenswerth, 11 auf Felsen, 55 auf verschiedenen Bodenarten, wovon *Campylopus longipilus* (verbreitet), *Orthotrichum Sturmii*, *Barbula canescens*, *squarrosa* und *cuneifolia* bemerkenswerth sind, 56 in Wäldern des Flachlandes und der Berge, 10 in Sümpfen, somit 144 Arten, während die römische Laubmoosflora 140 Arten zählt.

Im südlichen Spanien, vorzüglich um Malaga und Granada, beobachtete der Verfasser 94 Arten, wovon *Fissidens serrulatus*, *Bartramia granatensis* und *Bryum Danianum* bemerkenswerth sind.

Universitätsbibliothek Regensburg urn:nbn:de:bvb:355-ubr05976-0516-6

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung

Jahr/Year: 1861

Band/Volume: 44

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: Circa historiam Lichenographiae observatiuncula 513-514